



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Capita Libri Tertii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

101

CAPITA LIBRI TERTII.

- Q**UID sit confessio, qualis esse debeat, qua eius sit
virtus, quis fructus, cap. primum.
- De clerico, qui stupraverat uxorem militis, quem
post confessionem diabolus in stabulo dixit esse iustificatum, cap. 2
- De seruo alterius, qui cum uxore domini sui peccans, & in
nemore idem peccatum rustico confitens, à diabolo pro-
di non potuit, cap. 3
- De sacerdote, qui pro illusionem nocturna psalmum in con-
fessione iniunctum negligens, in locis genitalibus puni-
tus est, cap. 4
- De clerico Pramonstratense, qui sine confessione cuiusdam
venialis peccati commissi ad obsessam exiens, à damone
notatus est, cap. 5
- De virgine quadam, quæ demon in specie viri procabatur;
item de viro, cui demon peccata fictè confessus obiecit; &
de puella cuius denirginationem prodidit, cap. 6
- Exemplum de miraculis sancti Bernardi Abbatis, qui in-
cubum demonem à muliere fugavit, cap. 7
- De filia Arnoldi sacerdotis, quam demon corripuit, cap. 8
- De muliere in Briseke, quæ moriens confessus est, se sex an-
nis cum damone incubo peccasse, cap. 9
- De Ioanne Scholastico Prumia, qui cum damone fertur
concupuisse, cap. 10
- De Henrico cine Susatia, qui à damone in specie mulieris
raptus, & in pasculo depositus, amens effectus est, cap. 11
- Exemplum de Hunts, & de Merlino, & quædam in filijs incu-
borum sit veritas humana natura, cap. 12
- De Albeide sanctimoniali in Lancuvaden, quæ per confes-
sionem à visibili infestatione liberata est, cap. 13
- De sacerdote à diabolo per prophetiam mortis decepto, &
per confessionem liberato, cap. 14
- De clerico Atrebatensi eiusq; sorore, quæ de incendio per
confessionem liberata est, cum argentarium interfecis-
sent, cap. 15

- De hæreticis apud Cameracum per candes ferrum examinatis & combustis, ex quibus unus beneficio confessionis saluatus est, cap. 16
- De decem hæreticis apud Argentinam examinatis & combustis, quorum unus dum esset per confessionem sanatus ac liberatus, per mulierem, deceptus, rediuiuo incendio damnatus est, cap. 17
- De milite, qui ob meritum confessionis coram Henrico Imperatore in duello triumphauit, cap. 18
- De fure, qui Colonia beneficio confessionis mortem euasit, cap. 19
- De fure, qui ab Episcopo Leodiensi ob versiculum psalms 105. sententiam mortis accepit, cap. 20
- De peregrinis, qui propter peccata unius hominis in mari periclitati, eiusdem confessione sunt liberati, cap. 21
- De quodam Episcopo Anglia, qui moriens propter exemplum, noluit confiteri, cap. 22
- De quodam monacho nostro, qui iam moriens primò plenariùs fecit confessionem, cap. 23
- De confessore, qui cum adolescente peccauit, atque post mortem ad confessionem eundem hortabatur, cap. 24
- De nouitio, qui Abbati confessus est in somnis, cap. 25
- De confessione cuiusdam demonis, cap. 26
- De eo quòd non sufficiat scripto confiteri nisi in necessitate, cap. 27
- Quòd confitenti non liceat prodere personam peccati consortem & exemplum de clerico & sanctimoniali, cap. 28
- De clerico Susatiensi, qui confessus est sacerdoti se peccasse cum concubina sua, cap. 29
- De Abbate, qui persecutus est monachum, eo quòd ex confessione cuiusdam intellexisset, illum scire uia sua, cap. 30
- Quòd liceat in aliquo casu confitenti prodere personam alterius, & exemplum de adulterio, cap. 31
- De monacho, qui sine ordinibus celebrauit, & quòd ex sententia Innocentij Papa liceat confessori talem prodere, si noluerit confiteri, cap. 32
- Narratio longa & utilis de Simone Conuerso de Alna, eiusq; prophetis, cap. 33

- De eo quod confessio, que fit cum voluntate iterum peccandi, sit inutilis, cap. 34
- De confessore qui nummum projecit in terga confitentis, & pœnitere nolentis, cap. 35
- De Abbate sancti Pantaleonis in Colonia, qui fratri carnali pecuniam ecclesia sua tribuens, depauperavit, cap. 36
- De duobus mercatoribus in Colonia, quibus in confessione consultum est, ne iurarent & mentirentur, & facti sunt auctiores, cap. 37
- De muliere iracunda, qua propter confessionem sancto Malachia factam spiritum meruit mansuetudinis, cap. 38
- De auaritia & luxuria sacerdotum, cap. 39
- De matrona, qua pupillo à se nutrito, & in sacerdotem prouecto, peccata sua confessa est, & ab illo prodita, cap. 40
- De matrona, qua confessorum suum ad libidinem incitauit, cap. 41
- De indiscreto sacerdote, qui sibi confitentibus iniungere solet pœnitentiam anni præteriti, cap. 42
- De plebano, qui plurimis confiteri volentibus, generalem prædicans confessionem, omnibus eandem iniunxit pœnitentiam, cap. 43
- De muliere in confessione se iustificante, cui prudens confessor ostendit plura peccata mortalia habere, cap. 44
- Quod confessor non debet de ignotis peccatis inuestigare, & exemplum de virgine in hoc scandalizata, cap. 45
- De Abbate, qui alterum Abbatem suo exemplo prouocauit ad confessionem, cap. 46
- De Abbate, qui cum monachis suis in vase ex industria carnes comedens, eosdem ad confessionem suo exemplo prouocauit, cap. 47
- De peccatore, qui de modica pœnitentia gradatim ascendit ad maiorem, cap. 48
- De Abbate Gisilberto, qui iracundis in capitulo parcens, ad satisfactionem ampliorem prouocauit, cap. 49

De plebano, qui usurarium & homicidam dulcibus verbis in confessione ad satisfactionem prouexit, cap. 30

De monacho Clarenallis, qui fratrum adiutus orationibus Priori conscientiam suam reuelauit, cap. 31

DE CONFES- SIONE LIBRI TERTII

CAPVT PRIMVM.

CÆSARIVS.

*Contritio
debet ha-
bere con-
iunctam
confitēdi
propositū*



SINE desiderio confessionis quia in-
fructuosa est omnis contritio, videre
debemus, quid sit confessio, qualis esse
debeat, quæ sit eius virtus, quis fructus.
APOLLONIVS: Si sine proposito confes-
sionis informis est contritio, necessa-
rium est scire ista, nouitijs maximè, qui mox post con-
uersionē suam omnia peccata, quæ cōmiserunt, tenē-
tur Abbati suo confiteri, sicut sum à te edoctus, & in
memetipso expertus. **CÆSARIVS:** Confessio tantum
bonum est, vt solo desiderio eius, etiam si necessitas
ipsum actum excludat, peccata dimittātur, vnde Psal-
mista dicit: Cōfitebor aduersum me iniustitiam meā
Domino; & tu remisisti impietatem peccati mei: dixi,
id est, & deliberaui. **APOLLONIVS:** Quid est con-
fessio: **CÆSARIVS:** Scire debes, triplicem esse cōfessio-
nē, laudis, fidei, & criminis. De confessione laudis Sal-
uator in Euangelio dicit: Confiteor tibi pater Domi-
ne cœli & terræ. De confessione fidei dicit Apostolus:
Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit
ad salutem. De cōfessione verò criminis ait Apostolus
Iacobus: Confitemini alterutrum peccata vestra, vt
saluemini. Initium enim iustitiæ, confessio est pecca-
torum: vnde scriptum est in libro Machabæorum; Iu-
das præcedet vos in bellum, id est confessio. Confessio
criminis est, per quam latēs animæ morbus aperitur,

spe